



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

De sympathia, & antipathia, & vt per eas rerum virtutes reperiri, & experiri possint. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

videtur, qui diuinarum omnium inuentionis fons & origo, sub figura mentis nube id sapientibus intelligi dedit.

Eidem agnoscitur pars esse Dei in ea est ete naturae.

Serpius gryphus est ete pars Dei in parte naturae.

Panthes est ete pars Dei in parte naturae.

Alla serpens est ete pars Dei in parte naturae.

Christiana autem veritas habet, ut animæ non à mente, sed ab ipso Deo primitus emanent. Hęc noscens magus, ut agricultura ymos vitibus, sic ipse cœlo terram, vel, ut apertius loquar, inferna hęc superiorū dotibus mirificisq; virtutibus maritat, & inde arcana Naturæ gremio penitus latentia, veluti minister in publicum promittit, quęq; assidua exploratione vera nouerit, ut omnes conditorum artificis amore flagrantes, sui conentur omnipotentiam laudare, & venerari.

*De sympathia, & antipathia, & ut per eas rerum virtutes reperiuntur, & experiri possint. CAP. VII.*

**E**X proprietatibus quoq; occultis, animalibus, vegetabilibus, & speciebus omnibus inest (ut ita dicam) compassio quedam, quam Graeci συμπάθεια, & αντίπάθεια, nostris cōsensum, dissensumq; dicimus. Quędam enim mutuo connubio sibi associantur, & tanquam foedere deuinciuntur aliquid vero sibi ipsis infesta, & similitate dissentunt, cæcisq; laborat discordijs: vel horibile aliquod, & destrucentū habent, quod ratiōnibus vlli, & probabilitibus, nec queri, nec arctari possunt: nec prudentis erit huiusmodi causalrum accupio probare, nisi quod spectaculo eo fuerit Natura ipsa delectata, nec aliquid placuisse sine pari, & nil esse in Naturę occultis, quod arcana quadam propria etate non vigeat, & peculiari, vel ex his similitatibus & amicitijs multa ad hominum usus & necessitates remedia contemplarentur: quippe si alterum cum altero conspicietur inimicitiam habere, ad noxas, quas illud inferre posset, eo uti possent pro remedijis, sauit successus conjectura, & multa hac methodo adiumenta, posteritatis memorie tradiderunt, ut ex eorum monumentis conspicere pos-

sonit.

sumus. Pernicia sunt brassicæ & vitis odia, ac spe & anima  
da earum dimicatio: vitis enim quum intortis clavicu-  
lis omnia complecti soleat, solam refugit brassicam;  
nam propè sentiens in aduersam partem se torquet, vt  
si quis eam admoneret hostē esse in propinquuo, dum-  
que coquitur brassica, vinum vel si paucissimum instil-  
les, nec coquitur, aec ipsius color constat. Vnde Andro-  
cides hoc exemplo usus, medelam contra vinum con-  
iectatus est, brassicam videlicet posse temulentiam pro-  
pulsare, vt Theophrastus inquit, quippe quum vitis et  
iam odorem brassicæ refugiat. Ipsumque olis, quo vi-  
tis fugatur, aduersum cyclamino perarescit, vt vnu vi-  
teat, alterum areat necesse est, iuxtaque consociatae sæ-  
pè aridæ spectantur. Cyclaminus vino addita, ebrieta-  
tem auget, quam auferit brassica, vt diximus. Hedera  
& si arbores omnes ad perniciem ducat, maximè viti  
aduersatur, leditque, vnde etiam temulentiam propul-  
sat. Mira quoque harundinis, & filicis discordia, & per-  
uicacia, vt altera alteram necet. Ex hoc filicis radix con-  
tusa è cannis spicula corpori infixa deiecit, & si quis pe-  
nitus harundinem non nasci volet, filice vomeri impo-  
sito exaretur locus, & minime renasci cognoscet. Oro-  
banche inter legumina nasci auet, & maximè iuxta fa-  
bas, & otobum, easque strangulat, vnde orobanche co-  
mentum sibi usurpauit: leguminib; addita, coctionem  
accelerare tradit Dioscorides. Cicuta & ruta sibi inui-  
cem aduersantur, ruta non nisi velata manu runcatur,  
conrectaturque, quam nisi contereris pernicioса na-  
scetur ulcera, si tamen per ignorantiam nuda manu  
runcaueris, prurigo, atque tumor incesserit, manus ci-  
cutæ succo perlinito: copiosa ruta esui data, veneni no-  
xam obtinet, quæ cicutæ succo extinguitur, adeò vt ve-  
nenorum venena sint, & ad potum cicutam rutam va-  
lere tradidit etiā Dioscorides. Ferox taurus siccus arbore  
alligatus, mitescet, domaturque, vt Zoroaster ait, qui ex  
deicetis veterum placitis Geopouica scripsit. Ex hoc in-  
uenientum est, vt caules caprifici si carni būbulæ inter eli-  
xandum addantur, vt Plinius scribit, magno lignorum  
compendio eam percoquunt, & Diocorides propinat  
olynthos

olynthos lacteo succo turgentes cum posca, ad hau-  
stum taurinum sanguinē. Elephas arietem timet, dum  
enim feritate effertur, ariete viso mansuescit, & con-  
flaccescit impetus, quibus Romani machinamentis,  
Pyrrhi Epirotarum Regis elephantes in fugam verte-  
runt, amplaq; victoria sunt potiti. Ex haec contrarietate  
ex ipsius elephanti membris ad elephantiasin multa re-  
media adinuenta sunt, quam summa elephantoruū cu-  
tis ementitur. Simia testudinem supra modum horret,  
quæ ebrietati obnoxia est, quum vino inebriata capia-  
tur: ex testudine abluta sit remedium contra temulen-  
tiam. Homo & serpens adeo irreconciliabili dissident  
simulate, vt statim viso serpente horreat, & expauescat,  
& foeminæ utero gerenti occurrens, partum abortu vi-  
tiet: hinc natum est, quod foeminæ partus difficultate  
laboranti: sit suffumigatio ex anguium senecta, fœtum  
expellens, vel enecans, sed melius adspic ipsius os vulvæ  
adlinitur. Homini sic lupi visus est noxius, vt quē prius  
contemplatus fuerit, vocem adimat, & anticipatus ob-  
tutu nocentis, licet clamare desideret, vocis ministerio  
careat: si se præuisum senserit, conticeat, & ferocitate  
torpescente, grauem virium iacturam facit. Vnde na-  
tum proverbiū: Lupus est in fabula, à Platone in Po-  
litiis traditum: lupus herinaceum timet, vnde herinacei  
sanguis gargarizatus vocem raucam, obtusamq; argu-  
tam reddit. Lupo canis inimicus, cuius pellis super eum  
suspensa, qui à cane rabido morsus est, aquæ tumorem  
amolitur. Accipiter columbaceo generi hostis infestus  
est, hoc tuetur tinunculus, cuius aspectum, vocemq; for-  
midat accipiter, nec eas hoc latet, quod vbiunque resi-  
det tinunculus, protectoris fiducia è loco nō faceantur.  
Hinc Columella ad expellendos accipitres è columba-  
rio ait: Genus accipitris, tinunculum vocant rustici, qui  
sane in ædificiis nidos facit. Eius pulli singuli scilicet  
ollis conduntur, sti pantiaque opercula supponuntur &  
gypso lita vasa in angulis columbarii suspenduntur:  
quæ res aibus amorem loci conciliat, ne vñquam de-  
serant. Huc spectat celebre illud magnetis, & allii dissi-  
diū: nam magnes allio perunctus ferrum negligit.

ut Plutarchus adnotauit, & post eum C. Ptolemæus de leteriæ facultatis magnes est. & allium cōtra venenum est, at si contra magnetem valere à nemine adhuc de scriptum sit, possumus tamen coniçere verū esse, quod cōtra viperas, rabidos canes, & venenosas aquarū mutationes valeat. Sic & animalia, quæ cū venenatis hostibus inimicitias gerunt, præliātur, & impunè vorant, nobis argumento esse possunt, contra eorundem animalium venatos ictus valere. Continua est dimicatio ceruorū cum serpentibus: serpens viso ceruo in cauer nam se cōdit, ceruus narium spiritu foras extrabit, voxq; ob id contra eorum morsus ceruorum propinatur adipes sanguis & lapides in oculis cōcreti. Elephantorū quoque anima è latibulis serpentes extrahit, & cum draconibus pugnat: quorum membrorū suffitus serpentes longè fugat. Ciconiæ è regionibus, quas in colunt, lacertos, chersydros, cenchros, serpentes, aliasve pratorum pestes fugat: omnes earum artus illis aduersantur. Idem facit ibis in Ægypto. Ichneumon loto se loricat, & contra aspidem belligerat. Mustela cum serpentibus pugnat, & basilisco serpentum venenosissimam eius morsus exitio est. Exterret etiam basiliscum galli cantus, & cum serpentibus pro gallinis pugnat: cuius ius ad serpentum venenum propinatur. Sic testudo, & aquila. Scorpionibus stelliones inimici, ob id in oleo putrefacto, loca à scorpionibus puncta perlunt. Mullus leporem marinū vorat, valet ad eius venenum. Sus impunè salamandrā venatur, eius pesti medetur. Chamaeleonti accipiter inimicus, contra eius venenū haustum sterlus potatur è vino. Sic ex plantarū sympathijs occulti aliquid venari non omittetur: quod ad aliquod malum expellendum socias habeat vires. Optimè cor ruda, ynde fiunt asparagi, seritur ubi harūdo, quia multam inter se ineunt familiaritatem: ambo pronos ad Venerem reddunt. Vitis, & olea mutuo fruuntur con sortio, ex Africano: utraq; ad hominum cōmoda amicas præbent vires. Sic attragentes ceruos amant, quorum luxuriosa natura est: utriusque membra promptiores ad coitum reddunt. Mutuus amor inter perdices & capras,

pras, & ad idem remedium valent. Sic sargus & capra, Canis homini amicissimus: corporis doloribus applicato, transire in eum morbum tradit Plinius.

*A Cœlo, & syderibus vim nasci, multaque inde  
euenire. CAP. VIII.*

**N**ON dubium reor in ferne hæc supernis illis ancillari, & ab ætherea natura illa vim quandam illabi, ut quæ mutationi obnoxia sint, rata lege, & continua saie corruptantur, atque gignantur. Ægyptij, quos primum liquet coelorum effectus scrutari, & metiri auffos, postquam perpetuæ serenitatis obsequio in patentiū camporū æquoribus habitantes, quum è terra nil emineret, quod contemplationi cœli officere possit, æterna semper clara, perspicuaq; sydera deprehendentes, omnem curam in syderum cognitione influxum posuerunt: quumq; otiosos valde perterritaret causarū aequipium, cœlo, & syderibus ascripsere cūsta, ut inde duceret vnuimquodque fatum, coeli que influxum in exortus hora, & interitus, stellarum reciprocationibus effectus producebant miros: vnde certis sub horis, statis temporibus, & aspectibus, omnia parari, colligique cœpere, nec ultra progressi suam tuentur opinionem. Confirmat id Ptolemæus, qui cœlestes influxus ad normam expangere, & inde multa præfigere est ausus: & verbosa, ait, probatione non indigere. Nec minus & syderum omnium verbere, animantia, germinaç; omnia crescere, decrescereque ex aliquibus crebris, manifestusq; alijs verò incertius, & interuallis rarius. Aristoteles dum superiorē lationē cunctorum causam, & principium esset cōtemplatus, quæ si desisteret, hæc illico deperirent. Necessitate, inquit, sunt hic mundus superioribus lationibus contiguus, ut vniuersa inde virtus gubernaretur: tantamq; vim à Sole diffundi no[n] sit, quod denuò concinnè protulit. In obliquo circulo flexuosis Solis meatus progenies, & interitus caducorum omnium est, & accessu, recessuq; temporum interualla causari. Plato cœlestes quosdam circuitus causam esse secunditatis, sterilitatisque ait. Ipse Sol temporum

B